

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionBoite_015 | Histoire de la sexualité I. Biopolitique.CollectionBoite_015-1-chem | \[Hermaphrodites ?\] XVIIIe. ItemAlbrecht Von Haller, \[Photocopie\]](#)

Albrecht Von Haller, [Photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb015_f0012

SourceBoite_015-1-chem | [Hermaphrodites ?] XVIIIe.

LangueFrançais

TypeFicheLecture

Personnes citées[Haller, Albrecht, von](#)

Références bibliographiques[Haller, Num dentur hermaphroditi, in Operum Minorum, II](#)

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 27/08/2020 Dernière modification le 23/04/2021

osculum uteri offendat, quod caput rei est, in qua rima porro neque sub urethra, neque super anum, asperitas columnarum vaginae tangi queat.

Feminam recens natam aut juniorem declarat clitoridis a pene diversa fabrica, moles minor, situs corporum cavernosorum super vulvam horizontalis [hic quidem difficilius tactu], figura teres, praecipuum inferius semper imperfectum, frenulum nullum, sed ejus loco descendentes de clitoride nymphae, in quas & praecipuum & glans finditur. Porro hymen in juniore femina necessarius requiritur, & vaginae duae columnae, & iter in rima duplex, unum ad vesicam ducens, quod minus est, alterum ad uterum quod majus, cujus officium tangere oportet, & ex quo imprimis feminam veram agnoscimus.

Si raro casu, sed qui tamen potest adesse [120], praeterea puella atreta fuerit, eam adultam retenti menses declarabunt, qui membranam distendant, qua natura clauditur. In juniore femina parum extra clitoridem testiumque absentiam & rima indolem praesidii est. In ea enim parva via ad urethram ducet, aliam autem ampliorem retro membranam hymenis latentem superesse necesse est. Et tamen, si homo unquam similis haedo nostro natus fuerit, cui canalis vaginae aemulus in rimam aperiat, testes vero in abdomine contineantur, ardua omnino & difficillima quaestio fuerit de sexu definire, quamdiu vivit.

Haec eo accuratius expono, quod infelices hypospadias ab hominum consortio juribusque virilibus removere crudele & iniquum sit. Nam veri viri sunt, & in ipsa venere non penitus impotentes, ut ipsum fecundantis liquidi profluvium declarat, & ante me VALISNERIUS (121), & KAADWIUS (122) senserunt. Ita venerem exercere hominem, qui a D. MERTHOD pro androgyno depictus est, & eum liquorem profundere, qui in praegnata, auctor est ARNAULD. Sic hypospadias ille, quem ex *Uraislaviensibus* exciravimus (123),

(120) Ut in ea femina, cujus curationem ARNAULD suscepit,
 (121) p. 476. 477.
 (122) L. c. Nov. Comment. p. 335.

